



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

9. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coequalis, & in domesticis  
tuis fiducialiter aget. *ibid.*

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

amicitiam conjungis, non tantum ad  
ejusdem afflictiones, sed etiam commis-  
sos & committendos errores te obliges.  
Parum est sufferre aliquid pro amico, ni-  
si pariter animum habeas ipsiusmet in-  
jurias & afflictiones supportandi.

Nullus amicorum est, qui non ha-  
beat suas imperfectiones ac errores, &  
non est imperfectio aut error tui amici,  
quem non excusare teneris, sed nec ulla  
ejusdem imperfectio, quam non praviè  
cognitam habere debuisses, priusquam  
cum illo amicitiam contraxisses.

Elige benè & nunquam concipe  
amorem alicujus hominis, cujus errores  
& debilitates sunt intervalla odii, & qui  
durante passione est verus inimicus.

### REGULA NONA.

*Amicus si permanserit fixus, erit ti-  
bi quasi coequalis, & in domesti-  
cis tuis fiducialiter aget. Ibidem.*

### PARAPHRASIS.

*Si invenis amicum constantem, conserva  
eum sicut te ipsum, fac ut cum eadem  
libertate tuam quam suam propriam*

K 4

domum

*domum intret, ut disponat de tua familia, & ut impendat se tuis negotiis sicut suis proprijs.*

*Hec est felicitas vera amicitia, vivere duobus cordibus, & commendari duabus domibus.*

## REFLEXIO.

**D**icitur, quod si duo soles essent in mundo, alter alterum destrueret, quod tamen non fieret, si se invicem amare possent.

Non sunt incompatibiles duae potentiae aequales, dummodo inter utramque bona sit intelligentia: Et omnes leges quae feruntur pro regimine unitatis in favorem unitatis non essent bona, si discordia non esset sociata inseparabiliter duarum superioritatum.

Sed si amor est tertius, verus & necessarius erit numerus pro felici regimine, in caelo & in terra, cujus numerus ternarius.

## REGULA DECIMA.

*Ne derelinquas amicum antiquum, novus enim non erit similis tui.*

*Eccl. 9.*